



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

XVIII. An consecratio Sacramenti valeat facta per non ordinatos ab
Episcopis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

AD XVII. ARTICVLVM.

AN IN MISSA SIT FACIENDA
Oblatio pro uiuis & mortuis?

R E S P O N D E O. Non esse institutam oblationem corporis & sanguinis Christi faciendam per Sacrificulos pro uiuis & mortuis, sed sumptuosaem & recordationem publicam & privata. Hæc nihil ad mortuos pertinent, ideo manifesta profanatio est, fingere oblationem pro mortuis. Ac uetus Ecclesia propinquæ temporibus Apollorum, nec Purgatorium, nec Sacrificia pro mortuis nouit. Et dissimilitudo est Canonum Missæ etiam apud ipsos Græcos. Quod uero interdum nomine Oblationis aut Sacrificij ueritas utitur, intellige totam actionem, invocationem & gratiarum actionem adiundam sumptioni. Hæc recte dici Sacrificia non dubium est.

AD XVIII. ARTICVLUM.

AN CONSECRATIO SACRAMENTI
ualeat facta per non ordinatos ab Episcopis?

R E S P O N D E O perspicue. Ordinationem ministrorum Euangelij iustum esse in Ecclesijs nostris, iuxta dicta Pauli, ad Tit. & Constitutas in urbibus Presbyteros, sicut ordinavi. Et 2. Timothei. Hæc commenda fidelibus hominibus, qui sunt idonei ad docendos alios. Nec dubium est, Filium Dei & conservatorem esse ministerum Euangelici, & in ministerio efficacem esse, ubiquecumque est cœrus recte docens Euangelium, iuxta dictum: Seder ad dexteram aeterni patris, dans dona hominibus, Pastores & Doctores. Et Ioannis 15. Ego sum uitis, uos palmitæ, Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum copiosum. Hæc tota concio utrumque confirmat: & solum hunc cœtum esse Ecclesiam Dei, in quo vox Euangelij est incorrupta: & in eo cœrui adesse filium Dei, & ibi efficacem esse. Et quidem corda piorum, quæ ueras consolationes sentiunt, testantur filium Dei in ministerio Ecclesiarum nostrarum efficacem esse, iuxta hæc dicta: Accepisti spiritum adoptionis filiorum, clamantem Abba pater. Item: Sustinuit anima mea in uerbo eius, speravit anima mea in Domino. Item: Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Item: Iustificans pacem habemus apud Deum. TENE BANT partem ministerij Pontifices & Pharisæi in Iudea per tyrannidem, uidelicet Circumcisionem. Doctrinam uero & sacrificia corrumpebant. Intercessione Deu, efficax erat uoce doctrinæ, quam sonabat uera Ecclesia, Zacharias, Simeon, Elisabeth, Anna, Maria, & similes. Ita nunc Pontificij retineant Baptismum, Doctrinam uero & coenam Domini horribiliter

biliter corruptunt. Sed doctrinā Euangelij incorruptam, & usum Sacramenti institutum Ecclesiæ nostræ retinent. In his adest filius Dei, & est efficax in ministerio instituto, sicut inquit: Ego sum uitis, uos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum copiosum.

Sed o autem, atrociter declamare Pontificios, non fieri consecrationem ab ijs, qui non sunt ordinati ab Episcopis. Deinde non esse Episcopos, nisi confirmatos à Romano Episcopo. Haec *κανονικὰ Παπτικά* refutatur etiam exemplo Orientalium Ecclesiarum, quarum extat epistola in 5. libro Theodoreti, in qua scribunt, Non oportere peti confirmationem à Romano Episcopo, sed satis esse, uel electionem fieri ab Ecclesia eius loci, adhibito uicino Episcopo uno uel pluribus, iuxta Synodi Nicenæ decretum. Postremo quatenus esset, nostros ab ijs pertere ordinationem, à quibus, si ad eos accederent, interficerentur?

A D X I X . A R T I C V L Y M .

A N C R E D A N T , T R E S E S S E P A R -
tes Penitentia: Contritionem, Confessio-
nem, & Satisfactionem.

PLANE respondeo. Enumerationem delictorum nec partem penitentia, nec necessariam esse. DE Canonis Satisfactionibus, quas aduersarij nominant opera indebita, respondeo, Eas non solum non esse partem penitentia, sed etiam falsos cultus, & aduersarios aspergere multos errores, quorum comprobatio est impia.

ITEM simul responsum est de sequentibus duobus Articulis. Nec ipsorum delictorum, nec circumstantiarum enumeratio necessaria est, nec satisfactio, quam nominant opera indebita, utilis est, & ut Monachi eam declarant, est contumeliosa aduersus satisfactionem filij Dei. Cum autem profit in conspectu habere aliquos insignes errores Aduersariorum, quorum evidens falsitas confundet nos, ut minus angamur cum objeiciunt nobis scandala dissidiorum & schismatum, semper intueamur antithesen doctrinarum per penitentia. Ibi cum tetros & perniciosos errores Aduersariorum aspicimus, agamus Deo gratias, quod redditum lucem ueræ doctrinæ, & firmas consolationes, & latemur nos à societate defensionis errorum praelud abesse. INTREM harum discordiarum fuit explicatio doctrinæ de Penitentia, & refutatio imposturarum, quas nominant IN D U L G E N T I A S. Quodque secutum est tam atrox Schisma, non est culpa eorum qui ueritatem monstrarunt, sed factionis Pontificis, quæ ueritatem delere conatur, non solum editis, sed etiam ty-

H h rannica